



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 10. Münzerus in latibulo suo repertus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

Frankhusium sese receperunt. Parta Sæc. XVI:  
est hæc victoria die decima quinta Maji A.C. 1525.  
Anno salutis millesimo quingentesimo  
vigesimo quinto.

## §. X.

*Münzerus in latibulo suo re-  
pertus.*

**M**ünzerus ad urbem profugus in qua-  
dam domo prope civitatis portam Steid. l. cit. p. 140.  
delituit: cum vero ibidem quidam No-  
bilis diversaretur, ejus famulus quem-  
dam Virum lecto decumbentem in quo-  
dam cubiculo reperit. Hic, quamvis  
unius hominis occursu minime tERRERI  
debuisset, nihilominus sollicite ex eo  
sciscitabatur, quis esset? num & ipse ex  
seditiosorum numero foret, ac ex prælio  
fuga sese abstulisset? Ad hæc Münze-  
rus reposuit, se in hac æde diurna ad-  
modum febri oppressum detineri. Ca-  
su autem accidit, ut famulus supra  
lectum ementiti hujus infirmi marsfu-  
pium cerneret, quod ille mox arripiens  
aperuit, ibique literas reperit, quas o-  
lim Albertus Mansfeldius Comes Mün-  
zero scripserat, eum hortatus, ut i-  
psiis ditionem deprædari, subditosque  
ad seditionem concitare desisteret. Per-  
specta hac epistola Famulus ad Mün-  
zerum inquit, tune es ille, cui hæ lite-  
ræ

Sæcul. XVI. ræ sunt inscriptæ? ille autem respon-  
 A.C. 1525 dit; non ad me directæ sunt. Verum  
 cum Famulus Münzerum perplexum  
 hærere, factique veritatem mendacio  
 eludere probe cognosceret, illum mox  
 carceri dandum in cubiculo includere  
 statuit. Münzerus, cum sibi omnem e-  
 labendi spem præcisam cognosceret, no-  
 men suum famulo manifestavit, ne  
 tamen proderetur, summis precibus in-  
 stitit, quas tamen famulus flocci habuit;  
 quocirca Münzerus nulla mora com-  
 prehensus, ad Georgium Saxonie Du-  
 cem, necnon ad Hassiæ Landgravium  
 abducitur, qui eum imprimis interro-  
 gabant, quam ob caussam tot homines  
 adeo nequiter seduxerit? ad hæc re-  
 spondit Münzerus, „quæ partium mea-  
 „rum erant, executus sum; ita enim  
 „reprimendi sunt Magistratus, qui Ev-  
 „angelii doctrinæ adversantur. „Hoc  
 dicto ad munitissimam Mansfeldii Co-  
 mitis arcem *Hilderung* dictam abdu-  
 citur, ubi tormentorum vi ad prodens-  
 dos seditionis socios compellebatur.  
 Tandem vero Mulhusium ductus una-  
 cum Pfeiffero capite plexus est, pari  
 supplicio multatis præcipuis Rebellio-  
 nis auctoribus, qui in prælio victorum  
 gladios evaserant.

§. XI.